Changement que M. C^r a fait lui meme dans l'ordre des titres depuis 1779, en y ajoutant ceux qu'il avoit acquis depuis cette epoque.

A. L. M. Philos: et Med: Doctor. Medicinae, Anatomes et Chirurgiae in Illust: Athenaeo Amstelaedamensi Professor Honorarius; Academiae Imperialis Petropolitanae Socius. Societatis Regiae Scientiarum Londinensis, Edinburgensis, Gottingensis et Manchesterianae

Academiae Regiae Scientiarum, Acad Reg Chirurgiae, Parisiensis, Acad: Reg Scientiar: Tolosanae ac Societatis Regiae Medicinae Parisiniae.

Academiae Regiae Scientiarum et artium Berolinensis, nec non Societatis Naturae Curiosorum Berolinensium, Academiae Scientiarum Hollandiae quae Harlemi floret. Societatis Philosophiae Experimentalis Roterodamensis, Flessingianae ac Bataviae Javanensis Socius. Nec non Societatis Agriculturae et Academiae Picturae quae Amstelaedami floret Membrum Honorarium.

Supplement a L'index de ses ouvrages.

pag 6. In fine ad annum 1781. de optimo calceo, Belgice, Verhandeling over den besten Schoen in 8° Continet supplementum dissertationis de regimine infantum. Prodiit etiam Gallice sub titulo Sur La meilleure forme des Souliers. Hagae Comitum autoris expensis.

A° 1782 Amstel: Litera ad Celebrem Chirurgum Van Hussem, de Claudicatione infantum et novo sanandi modo Belgice.

1782. Observat^es circa calculorum in vesica urinaria immutationes et methodum calculum binis temporibus secandi juxta P. Franco. Belgice in 8°. Mengelstoffen, over de Steengroeying en derzelver heelwyze. Primam hujus dissertationis partem

Latine vertit Vir Clav: Zombati, Hungarus, sub titulo varia de Calculo Vesicae, etc.

1782 Amstelodami apud Yntema Solutio Problematis a Societ: Roterodamensi propositi. Utrum homo magis quam cetera animalia morbis ac vitiis sit expositus. Belgice Impensis auctoris. Dissertatio haec auctior et emendatior prodiit Germanica Lingua Anno 1789.

1786. Conjecturae de petrefactis qui in monte Sti Petri Trajectum ad Mosam reperiuntur. Anglice. In transact: Philos: Anni 1786 Vol 76.

1786. Brevis narratio de Sirene (Buffonii Dugon) et de Sirene Lacertina Linnaei, Belgice in Diario cui titulus, Exercitationes Litterariae Patriae, Vaderlandsche Letteroeffeningen

1786. Observationes de organo auditus variorum piscium Latine, Missae sunt ad Cl. Schneiderum, ad illustrandum augendumque opus Monroi. Lipsiae.

1786. Adnotationes in Methodum Linnaei ~~circa~~ in classificatione~~m~~ piscium, et epistola de fabulosa atque rationi contraria existentia Unicornu. Prodierunt in Scriptis Societatis Berolinensis Natae Curiosorum.

1787 Observationes de Cranio Bisontis fossili
De Cranio Buffali gigantei
De Craniis Cervorum giganteis.

De dentibus Elephantorum giganteis

De Ossibus Mammuto, seu animalis incogniti ad flumen Ohio reperti

De Apris Aethiopicis

De Rhinocerote Aethiopico et Asiatico seu Indico, comparandis.

De Didelphide Canguro

omnes istae ad Cl. Pallasium missae sunt pro Scriptis Academiae Petropolitanae.

1789. Paucis diebus ante mortem Auctor absolvit Dissertationem de fractura Patellae et Olecrani. Haec jam brevi prodibit, Impressa Hagae Comitum apud Van Cleef Latine. Est nova editio dissertationis de patella fracta, quae prodiit anno 1752 Franequerae, sed multo auctior.

Vir Doctissimus Herbell varia auctoris nostri dedit Sermone Germanico, sub titulo Campers opera minora Campers kleinere Schriften, ubi multa continentur additionibus novis illustrata

